



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

XXV. Communicatio Privilegiorum, & Gratiarum Congregationi
Carmelitarum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo à Sede
Apostolica concessorum, & concendendorum favore Ordinis Carmelitarum

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

veterorum Ordinibus, aliisque familiis, & Societibus Regularibus, Militiis, Hospitalibus quibuscumque, & piti locis Regularibus, ac quibuscumque personis, nunc & pro tempore existentibus praedictorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, & Congregationum Regularium per Nos, & Sedem praeditam, ac alios quoescumque praedecessores nostros Romanos Pontifices, necon ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales de latere Legatos, & quovis Sedis praedictæ nuncios; vel etiam tam Apostolicae praedictæ, quam Ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritatis respectivè, aut alias quomodolibet quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum communicationis, & ampliationis, quam simplicis, & individuæ, ac particularis, & specialis concessionis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis haec tenus, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi, tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum penitentiarum relaxations, aut alias quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possint, & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota dignitatis, & difficultate concessionis, & que in generali concessione non veniunt, non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar; sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æquaque principaliter in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, perinde ac si illa primodictæ Congregationi, illius Capitulis Generalibus, Superiori Generali pro tempore existente, illiusque Superioribus, & personis praedictis specialiter, expresse, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individuæ, ac particularis, & specialis concessionis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent, quatenus tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licet possint, & valeant. Ita quod omnes, & singuli primodictæ Congregationis, & illius Dominicorum, locorumque Regularium Superiores, & Ministri quoescumque nomine appellati, eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quam aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis JESU, Monasteriorum, Conventuum, Dominicorum, aut locorum Regularium, & familiarium Generales, Superiores, Praepositi, Provinciales, Rectores, Priors Conventuales, aut Claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quoescumque nomine, titulo, aut dignitate, insigniti habent, similiter, ut supra habeant, Fratresque, & personas Regulares primodictæ Congregationis Generales, Superiores, Ministri, & ceteri alii cuiuscumque appellationis Praepositi, & praefecti in primodictæ Congregatione expresse professi, & in ejus gremio, & observantia viventes Fratres, & personas Regulares primodictæ Congregationis cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum iusmodi perpetuò secundum obseruantiam Regularem, & Canonicum institutum Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum regere, & gubernare, & respectivè visitare valent; neque primodictæ Congregatione super praedictis omnibus, & singulis à quoquam quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in judicio, & extra impediri possit, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuò concedimus, & indulgimus.

J. 3. Decernentes easdem praesentes, semper & perpetuò tanquam ad divini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere; nec ab illis ullo umquam tempore, quovis praetextu, occasione, vel causa recessi, aut resiliiri; easdemque praesentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus; etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque praedictam, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore facitis minime comprehendendi, vel confundi, sed semper, & perpetuò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statutum restitutas, repositas, & plenarie reintegritas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data, quandocumque eligenda concessas esse, & fore, primodictæque Generalis Superioris, & Fratrum Discalceatorum hujusmodi Congregationi suffragari.

J. 4. Sicque & non alias per quoescumque Judices, etiam Caularum Palati Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicae praedictæ Nuncios judicari, & definiti debere; ititum quoque, & inane, quidquid fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 5. Non obstante, præmissis, ac quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque, & Universalibus Conciliis editis specialibus, & generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necon regularium Dominicorum, locorum, & Ordini hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis primodictæ Congregationi, illiusque Superioribus, & personis, in genere, vel in specie, ac alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque toties tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robre permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè haruri serie derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

J. 6. Volumus autem, quod ipsarum praesentium exemplis, seu transumptis, etiam impressis, & aliquius persona in dignitate Ecclesiastica constituta sigillo, & Notarii publici manu obsignatis, stetur, eademque prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Oct. 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Communicatio Privilegiorum, & Gratiarum Congregationi Carmelitarum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo à Sede Apostolica concessorum, & concedendorum favore Ordinis Carmelitarum Calceatorum.

Ne otiosè repeatam, quæ pluries dicta sunt, te remitto ad ea, quæ notavi de his Fratribus ad Conf. 164. Romanus; Et ad Conf. 194. inter ceteras Urb. VIII.

CLE-

ANNO
1670.
Claustra
praeservativa.

Claustra
fublata.

Derogatio
contrariorum.

Transumpto
rum fidei.

Dat. P. An. 1.
die 22. Oct.

XXV.

ANNO
1670.

CLEMENS DECIMUS.

335 ANNO

1670.

& 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD uberes bonorum operum fructus, quos dilecti filii Fratres Calceati nuncupati Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo, adspirate superni favoris auxilio, in Ecclesia Dei proferre assidue satagunt, paternè dirigentes consideratio- nis intuitum, rationi contentaneum reputamus, ut religiosa eorum studia, felicesque progressus, spiritualium gratiarum, atque privilegiorum munera confoveamus, atque decoremus.

Frates Discalceati B. Mariae de Monte Carmelo faciunt unum Ordinem Carmelitarum, eis que omnia competunt, que pertinent ad d. Ordinem.

S. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Matthæus Orlandus Prior Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, dudum fel. record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, per quafdam suas die 23. Martii 1594. & die 20. Augusti 1603. expeditas litteras, qua subinde à fel. mem. Paulino Papa V. Prædecessore pariter nostro confirmata fuerunt, Congregationem Fratrum Discalceatorum nuncupatorum ejusdem Beatae Mariae de Monte Carmelo esse unum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus, Ordinem scilicet Carmelitanum, ipsique Congregationi, & Fratribus Discalceatis omnia, ad prædictum Ordinem tam de jure, quam ex privilegiis attinentia, tamquam propria competere, ac ejusdem Congregationis Præpositum Generalem, Fratres, & Moniales, Domos, Conventus, & Collegia, ceteraque eisdem pertinen- tia respectivè privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, & gratis dicto Ordini concessis, & concedendis, ut, potiri, & gaudere debere declaraverit, & alias prout in prædictis litteris uberioris continetur.

Causa hu-
ius commu-
nicationis.

S. 2. Licit autem Fratres Carmelita Calceati omnibus privilegiis, indulgentiis, & gratiis, prædicta Congregationi Fratrum Discalceatorum con- cessis, haec tenus fructi sint, in vim dictæ declarationis, qua, ob identitatem ejusdem Congregationis cum Ordine Carmelitano, decernitur id quod uni est concessum, alteri quoque tanquam proprium competere, nonnulli tamen circa hoc scrupulum subinde patientur, eo quod non ad sit expressa declaratio pro Fratribus Carmelitis Calceatis, sicuti est pro Discalceatis: Nobis propterea dictus Matthæus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè pro- videre & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Mathæi Prioris Generalis votis hac in re, quantum cum Do- mino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspen- sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici senten- tiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo- modolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, ac tam prædictarum, quam aliarum quarumcumque litterarum Apostolicarum ad favorem memorarum Fratrum Discalceatorum, eorumque Congregationis quomodolibet, & quandocumque emanatarum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & inseritis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicto Ordini ejusdem Fratribus Calceatis, & Monialibus, ac Domibus, Conventibus, Collegiis, ceterisque ad eodem quomodolibet pertinentibus respectivè, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, im- munitatibus, exemptionibus, Indulgentiis, & gratiis, qua dicta Congregationi Fratrum Discalceatorum, ejusque Fratribus, Monialibus, Domibus, Collegiis, ceterisque ad ipsam Congregationem quomodolibet pertinentibus, haec tenus per Sedem Apostolicam quomodolibet, etiam cum clausula prohibativa communicationis, con- cessa fuerunt, & in futurum quandocumque con-

cedentur, dummodo tamen sint in usu, nec revo- cata, aut sub aliqua revocatione comprehensa, pa- riformiter, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licetè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si ei- dem Ordini, ejusque Fratribus Calceatis, & Mo- nialibus, ac Domibus, Conventibus, Collegiis, ceterisque ad ipsum Ordinem spectantibus hu- jusmodi nominatim, & expresse concessa fuissent, & in futurum concederentur, auctoritate Apostoli- ca, tenore præsentium, concedimus, & indulge- mus.

S. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suofque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caifarum Palacii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scientier, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus præmissis, ac nostra, & Cancellaria Apostolica regula de non conceden- dis Indulgentiis, adinstar, aliisque Constitutioni- bus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omni- bus, & singulis illis, qua in prædictis litteris Apostolicis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut ipsarum litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibetur, qua presentibus adhibetur, si forent exhibi- ta, vel ostendata.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1670. Pon- tificatus Nostri Anno primo.

Decretum
irritans

Dérogatio
Contrario-
rum

Transum-
ptorum fi-
des.

Dat. P. An. I.
die 31. Oct.

XXVI.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalium de revocandis attentatis à Fratribus Excalceatis Eremitarum Ordinis S. Augustini in Lusitania circa Jurisdictionem Procuratoris Generalis, & novorum Conventuum erectionem.

Declarationem Decretorum circa materiam, de qua in rubrica editorum, habet Constitut. hujus Pon- tif. 33. Ex injuncto infra.

CLEMENS PAPA X.

Ad futurum rei memoriam.

Edita An. D.
1671.

ALiæ emanarunt à Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Ro- manæ Ecclesie Cardinalium à Nobis specialiter deputatorum Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet.

S. 1. Cùm Fratres Excalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Lusitania Monasteriorum Sanctissima Conceptionis, in quo degunt, erexit pro cura Monialium ejusdem Ordinis à jurisdictione Patris Prioris Generalis totius Ordinis hujusmodi exemerint, & Congregationi Excalceatorum Hispaniæ subjecerint, Novitos ad habitum admiserint, & nova Monasteria ibidem erigere, ac fundare intenderent, pendente controversiâ super hujusmodi re in Sacra Congregatione Eminentissimo- rum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regula- riū præposita: & Procurator Generalis totius Ordinis prædicti institerit revocari prafata omnia, ut potest attentata, & hujusmodi novas erectiones, ac fundationes dictis Fratribus Excalceatis inter- dici, ac prohiberi. Quapropter Congregatio nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, ad supradictas preces examinandas à Sanctissimo Domino Nostro specialiter deputata, auditis plu-

Referuntur
decreta Car-
dinalium.

Fratribus,
& Moniali-
bus Calce-
atis ejusdem
Ordinis com-
municant
omnes gratias,
& privilegia
jam concele-
bant, & in futu-
rum conce-
lenda dñ.
Fratribus
Discalceatis.